



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

D. Nicolaus de Donis, Tabularum Ptolomæi, & totius Cosmographiæ reparator. cap. XCVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

D. NICOLAUS DE DONIS:
Tabularum Ptolemæi, & totius Cos-
mographiæ reparator:

qui

*Scriptis, & explanauit super Tabulas, ut percurrat
qui legerit eas. Habacuc 2.*

Cap. XCVII.



Sub præcedentis imagine, collocatus visitur, Or-
bem in manibus gestâs, Dominus Nicolaus de Do-
nis Germanus, Monachus Richenbaccensis, ordinis
Sancti Benedicti, Congregat. nouæ Bursfelde nris
diuinarum Scripturarum non ignatus, & Græco,
Latinoque eloquio doctus, Philosophus etiam,
Mathematicus, ac Cosmographus nulli suo tem-
pore secundus, qui cum sua vigilantia Ptolemæi tabulas Cosmo-
graphicas, multis ante sæculis deperditas reperisset, sagacitate sua
eas ita instaurauit, & admirando opere, cum picturis, & nouis ta-
bulis elegantissimè ordinato, sic diligentissimè correxit, ut noui ope-
ris potius compositor, quam reparator existimeretur; quod in septem
partes, seu libros diuisum, Paulo II. Pont. Max. dedicauit. Sicque
factum est, ut non Musica tantummodo, Iurisprudentia, Pontificia
maximè, aliæque liberales artes à Monachis Benedictinis, repetere
auctæ, & meliorem in modum ordinatæ fuerint: verum etiam Cos-
mographia ipsa, quæ ad diuinam Scripturam intelligendam perue-
nientissima est, ut nunc uidemus, necnon & Medicina, ac eloquentia, et
mox exponemus, ab iisdem in tantum illustratæ, ut auctores earum
magis quam illustratores, meritò dici queant. Floruit hic Nicolaus
anno Do. 1470. scripsitque, ad Paulum Papam secundum, qui se-
pius excusi sunt,

In Cosmographiam Ptolemæi, lib. 7. Non me fugit beatissime.

De locis mirandis, lib. 1. Quoniam, ut ait Augustinus.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

*Tritemius de script. eccles. & de uir. ill. ord. S. Benedicti, lib. 2. c. 147.
& alij nonnulli recentiorum.*

D. CON-